Adportat truncum paſcendis ignibꝫ aptum,
Jam prope defuncto ferre alimenta foco,
Vix prima iniectum lignum dedit oſcula flam̃is,
Agnovitqꝫ ſuas ſtridula flam̃a dapes,
Latiùs in ſpatium docuit volitare favillas
Mulciber, ignitos atqꝫ rotare globos,
Tendere nunc altè, nunc altiùs incipit ignis,
Si nihil obſtaret, flam̃a ſuprema foret,
Sed prohibet ſuperans atrâ caligine fumus,
Et vult fraternis ignibꝫ eē prior,
Adſpirat, adulatur, frendit, ſalit, æſtuat ipſus
Ad Galli pendens ungue iocante togas,
Ipſe quid expectas? mercedis munera nulla
Gallus habet, nullas arca propinat opes,
Diſce dehinc alijs famulari, ſplendida Regum
Tecta ſubi, merces hîc tua maior erit,
Aut (quod amant ipſi) dulcedine paſcere mellis,
Ipſa ſuos offert Trinacrys Hybla favos:
Stat, perſtat, querulo mercedē murmure poſcit
Bellua bella, caput concutit, ore fremit,